



## **Index Librorvm Prohibitorvm Alexandri VII**

**Alexander**

**Romae, 1667**

LXII. Sanctræ Congregationis Indicis. Feria III. die 6. Iulij 1655.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81440)

Atque voluerunt, prout, presenti Decreto respectu prohibent. Mandantes, ut deinceps nullus cuiuscumque gradus, & conditionis existat sub pœnis in Sacro Concilio Tridentino, & in Indice Librorum Prohibitorum contentis, illos imprimere, vel imprimi curare audeat, aut apud se quomodocumque retinere, aut legere: Et sub eisdem pœnis quicumque illos habent, vel habebunt in futurum locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus statim à presentis Decreti noticia exhibere teneantur. *Libri autem sunt.*

Trutina D. Io. Baptistæ Chiauettæ Doct. Theol. Panormitan. qua DD. Iosephi Balij sententia eo Libro contenta, cuius titulus est, *Enigma dissolutum, de modo existendi Christi Domini sub speciebus Panis, & Vini in Augustissimo Eucharistie Sacramento, ad exquisitum examen expenditur.* In Civitate Mon. Reg. apud Petrum Scaglione 1643, omnino prohibetur.

Defensio vestigationum Peripateticarum Matthei Ferchij Vegliensis Theologi in Vniuersitate Patavina, ab offensionibus Belluti, & Mastrij, Patavij 1646. donec corrigatur.

Sacra Moralis Doctrina de statu supernaturali Humanæ Naturæ, &c. à Zacharia Pasqualigo Veronensi Cler. Reg. S. T. P. Venetijs, apud Bertanos. Anno Iubilæi 1650. donec corrigatur.

Origenes defensio, sue Origenis Adamantij Presb. Amatoris Iesu Vita, Virtutes Documenta, &c. Auctore R. P. Halloix Leodiensi Societatis Iesu Theologo. Leodij 1648. donec corrigatur.

Sonus Buccinæ, sue tres Tractatus, de virtutibus Fidei, & Theologiæ, de principijs earumdem, & de erroribus oppositis. Authore Thoma Anglo ex Albus East Saxoniæ, &c. Parisijs, 1654. omnino prohibetur.

Ioannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

Loco sigilli.

## L XII.

## SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

Feria III. die 6. Iulij 1655.

In Sac. & generali Congregatione Indicis Romæ habita in Palatio Apostolico Quirinali, coram Eminentiss. & Reuerendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus, ad Inducem Librorum eorumdem permissionem, prohibitionem, expurgationem, & impressionem in vniuersa Republica Christiana à sancta Sede Apostolica deputatis.

EMINENTISSIMI, ac Reuerendissimi DD. correctioni Quinti Tomi Censuræ Theologici Patris Francisci Amici Societatis Iesu, ultimam manum imponere volentes auditis Relatoribus, iusserunt expungi ultimam partem sectionis septimæ disputationis trigessimæ sextæ, ubi agitur de damno iniuste illato in bona corporis, cuiusque compensatione; Id est, aut auferri in nouis impressionibus, aut obliterari in impressis totum illud, quod continetur intra lineas, illam, caterum & si verum sit nullum dedecus esse, atque illam, maturo iudicio relicto penes prudentem Lectorem. Sicque correctum, atque emendatum, ijdem Eminentissimi, ac Reuerendissimi DD. seruatis alijs seruandis iterum imprimi, ac euulgari permiserunt, impressos vero, ac euulgatos ita obliteratos, licite, ac libere retineri, & legi posse declarauerunt. Dat. Romæ, loco & tempore supradictis.

Fr. Hyacinthus Libellus Ord. Prædicat. S. Congreg. Secret.

Loco sigilli.

SANCTÆ

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
= 4.